

*De figuris lapidum, &c.*

vitri vel æris instar sonat. Tabula nõ-  
dum expolita, pollicis: polita verò, di-  
giti crassitudine erat. Fiunt & pocu-  
la aliacq; vascula ex eodé lapide in Hi-  
spania: quæ in alias regiones expor-  
tantur: & fracta etiam, si crustæ inte-  
græ sint, ferruminari possunt. Hæc a-  
micus. Nerone principe (inquit Pli-  
nius) in Cappadocia repertus est lapis  
duritia marmoris, candidus atq; trās-  
lucens, etiam qua parte fuluæ incide-  
rant venæ, ex argumento Phengites  
appellatus. Hoc construxerat ædem  
Fortunæ, quam Seiam appellant à Ser-  
uio rege sacratam. Quare etiam fori-  
bus apertis interdium claritas ibi diur-  
na erat, haud alio quàm specularium  
modo, tanquam inclusa luce non  
transmissa.

Redeo ad Carbunculum: quem E-  
piphanus tradit inueniri noctu, emi-  
nus lucernæ aut carbonis ardentis in-  
star scintillantem, *αἰνυθηρίζοντα*, id est,  
scintillas emittentem. Fortè autē Spi-  
nella